

639.

1278 d. 2 Febr.

Abbedissan och conventets i Fogdö Salubref på jord i Grenby till den valde Ärkeb. JACOB i Upsala.

A. 3. k. 1: 1.

Omnibus christi fidelibus presens scriptum uisuris uel audituris. Jn. abbatissa totusque conuentus sanctimonialium de insula fodhø. salutem in uero salutari. Cum humana memoria labilis sit, & rerum ac temporum mutabilitate uariatur, idcirco testimoniis renouanda est fidedignis. Hinc est quare constare volumus presentibus & futuris, quod nos venerabili patri domino Jacobo vpsalensi archielecto vendidimus vnam dimidiā marcham terre in uilla dicta Grenbu, pro qua nobis uiginti quatuor marchas denariorum persoluit. Jn cuius rei & uendicionis nostre testimonium, sigillum nostrum presentibus litteris est appensum. actum anno domini. M°.CC°.LXX°.VIII. quarto Nonas februarii.

Sigillet finnes.

640.

1278 d 3 Febr.

Kon. MAGNUS I:s Vidimation och bekräftelse på Kon. ERIC ERICSSONS bref om Spanahults gård.

A. 3. å. 1: 12.

MAGNUS dei gracia Rex Sweorum vniuersis christi fidelibus presens scriptum visuris uel audituris Jnperpetuum. Noueritis nos Litteras predilecti auunculi nostri. Erici quondam Regis predecessoris nostri illustris cum uero eius sigillo non rasas. non concellatas nec in aliqua sui parte viciatas perspexisse sub hac forma. ERICUS &c. se N:o 339. Nos igitur pietatis intuitu simili predictam donationem prefatis sanctimonialibus & claustro earum sub eadem comminacione innouamus ac per omnia gratam & ratam habentes eandem confirmamus & presencium Litterarum ac sigilli nostri testimonio communimus Datum Anno domini. M°.CC°.L°XX°VIII°. Jn die beati blasij. Anno uero regni nostri tercio.

Sigillet, skadadt, hänger i röda, gröna och hvita silkestrådar.

641.

1278 d. 5 Apr.

Päfv. NICOLAUS III:s Bref till den utvalde Ärke-Bisk. JACOB i Upsala om pallii öfverlemnande.

K. c. 187.

*Nicolaus Papa III. Iacobo Electo Vpsalensi.*

Munus confirmationis & consecrationis tue te rite &c. såsom följande N:o 642 till volentes, Venerabilibus Fratribus nostris . . . Lin copensi